

245.

1229 d. 23 Jan.

Perugia.

Påfv. GREGORIUS IX:s befallning till Biskopen i Linköping och Cistercienser Abboten på Gothland samt Prosten i Wisby, att handhafva det löfte om beskydd, som Påfven lemnat Biskopen i Finland, Presterskapet och invånarne derstädes.

B. 5: 46.

Copia protectorie gregorij pape.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Episcopo lincopensi et Dilectis filiis abbati. de guthlandia cisterciensis ordinis et preposito de visbý lincopensis Dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem Cum venerabilem fratrem nostrum Episcopum clerum et populum finlandensem sub proteccione receperimus apostolice sedis et nostra Discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus Quatinus non permittatis eos contra proteccionis nostre tenorem temere molestari Molestatores eorum indebitos monicione premissa per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compe-scendo Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse tu frater episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris Datum perusij X Kal. Februarij pontificatus Nostri Anno secundo.

246.

1229 d. 23 Jan.

Perugia.

Påfv. GREGORIUS IX:s befallning till Biskopen i Linköping, Cistercienser Abboten på Gothland samt Prosten i Wisby, angående Finska Domkyrkans flyttning från Rändamäki till Åbo.

B. 5: 46.

Bulla gregorii. De translacione ecclesie katedralis a rænthamækj, usque huc.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum Dej Venerabilj fratri Episcopo lincopensi et Dilectis filiis Abbatj de gutlandia cisterciensis ordinis et preposito de visbý lincopensis Dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem Venerabilis frater noster finlandensis episcopus nobis exposuit quod in primitiua christianitatis plantacione in partibus illis cathedralis ecclesia sua fuit in loco minus ydoneo constituta Vnde petebat vt nunc plura loca crescente in eisdem partibus per dei gratiam fide catholica magis ad hoc commoda esse noscantur transferri episcopalem sedem ad locum competenciosem in sua dyocesi mandarem Quocirca discrecionj vestre per apostolica scripta mandamus Quatinus inquisita super hoc diligencius veritate si rem inueneritis ita esse cum consilio eiusdem episcopi et clericorum suorum transferatis auctoritate nostra sedem eandem ad locum in eadem dyocesi magis aptum Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse. tu frater episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris Datum Perusij X Kal. Februarij Pontificatus nostri Anno secundo. *)

*) Med yngre hand och blekare bläck: Anno autem Salutis nostre 1368.